

Tit. 7. Judicatum Solvi.

Stipulatio Judica- tum Sol- vi	<p><i>Est Prætoria Verborum Obligatio. l. i. §. i. ff. d. Præt. Stip.</i> qua Reus, qui per Procuratorem comparet. §. 4. l. d. Satisd. vel absens Rei Defensor destitutus mandato. §. 5. I. eod. j. p. 66. actori datis fidejus- soribus. l. 3. §. f. ff. b. ab initio litis. l. un. C. d. Satisd. cavit judicatum iri solutum. <i>Hodiè apud nos</i> <i>Reus non nisi de Fuga Suspectus ita satis dare cogitur.</i> e. g. arestatus cum aresti relaxationem impetrat. v. p. 288. vel <i>Criminis Levioris Reus.</i> v. p. 34. Interim <i>Virtualiter Cautionem de judicato solvendo sub</i> <i>Cautione Rati à parte Rei præstata contineri,</i> & vigore illius, recusata à principali ratihabitione, exe- cutionem judicati, sine novo Processu, contra cauentem peti posse docuit. Dn. Swend. ad Fib. Proc. p. 260. j. Carpz. Proc. t. 5. a. 2. n. 44. <i>Cautionem de Judicato Solvendo alieno nomine præstiturnus Spe- ciale Mandatum producere debet.</i> a. l. 3. §. 3. ff. b. Carpz. d. l. n. 45.</p>
	<p>1. <i>De Re Judicata</i>, i. e. solutum iri id, quod judex pronunciaverit. l. 9. ff. b. dummodo <i>Sententia</i>, quæ quantitatem hujus Stipulationis expeditam reddit, in rem judicatam transierit. l. i. ff. b. <i>Tempore Rei Judicata</i> enim committitur hæc Stipulatio, sed ex- actio in tempus reo principalis indultum (e. g. l. f. C. d. Usur. rei jud.) differtur. d. l. i. nilominus Regulariter adversus Fidejussorem novo Processu Opus est, neque contra eum statim peti potest executio sententie, quæ inter alios lata est. l. 63. ff. d. rej. jud. l. 5. ff. d. appellat. Cons. Dn. Swend. ad Fib. Proc. p. 940. Diff. Mev. P. 8. d. 378. j. Myns. cent. 4. O. 96. Quoties hæc Stipulatio de Re Judicata Omne Interesse continent efficit ne adversus promissorem Stipulatio ex reliquis clausulis committatur. l. f. ff. j. l. 13. L. 5. §. 2. ff. b. l. 57. ff. d. R. J. & cum Appellatum est à Sententia per Actum Ap- pellationis non liberatur Fidejussor, etiamsi judex appellationis sententiam dicat, nisi aliud in specie actum fuerit. a. l. 20. ff. b. l. 13. C. d. proc. l. 76. ff. d. judic. j. l. 3. ff. b. atque sic judicatum apud Hub. in Pral. ad π. b. pos. 2. Diff. Fach. contr. l. 8. c. 57. Vicissim non tenetur Fidejussor quando lus alia, quam per sententiam, via: ut trans- actione, solutione finitur est. l. 2. l. 13. ff. b.</p> <p>2. <i>De Re Defendenda</i>, qua defensio causæ à parte rei boni viri arbitratu promittitur. l. 5. §. 3. f. l. 7. ff. b. eaque omissa obstringit ad præstandum id, quod interest. l. 9. l. 7. l. 13. ff. b. Committitur verò ex hac clausula Stipulatio, quando à reo, ex eadem ob- rem non defensam convento, lis est contestata. l. 13. ff. b. j. p. 66.</p> <p>3. <i>De Dolo Malo</i>, quod absit & absfuturus sit. l. 19. ff. b. Hæc Clausula, quandocunque ad- missus fuerit dolus, Committitur. d. l. & ad id quod interest præstandum obligat. l. 19. ff. rem nat. hab.</p>
	<p style="text-align: center;">Tit. 8.</p> <h2 style="text-align: center;">Ratam Rem haberi & de Ratihabitione.</h2>
Stipulatio Ratam Rem haberi	<p><i>Est Verborum Obligatio, qua Procurator, de cuius Mandato dubitatur. l. i. C. d. Proc.</i> vel qui cum Præsumto Mandato (ut conjuncta persona. l. 35. ff. d. Proc.) admittitur. l. 12. C. eod. vel defensor rei in judicio reali. l. 40. §. 2. ff. eod. datis fidejussoribus cavit. l. 4. ff. b. d. l. 12. j. l. i. ff. qui satisd. cog. Principalem à se gesta comprobaturum esse. l. 12. §. 1. ff. b.</p>
	<p><i>Dividitur in Voluntariam, quæ libero partium arbitrio, (e. g. Procuratore vendente, lo- cante. l. 10. ff. b.) & Necessariam, quæ ex necessitate præstatur. l. i. §. 1. ff. d. Stip. pret.</i> <i>Hodiè ultraque nec infrequens nec inanis est, eadem verò per Promissionem sub hypo- theca bonorum etiam expediri potest, nec fidejussores semper desiderat, uti monitum p. 61. cum Pactum intercedit Conditionem ex moribus parit.</i></p> <p><i>Fieri potest vel Extrajudicialiter. l. 10. l. 11. ff. b. vel Judicialiter, atque tum vel Ante Litem Contestatam. l. 40. §. 3. ff. d. proc. vel Post eam, quoties scilicet tum demum procurator comparet, qui de rato cavere tenetur. l. 2. C. d. Confort. ejusd. tit. O. P. S. T. 7. S. da audy.</i></p>

Obligat ad ipsam Ratihabitionem Principalis præstandam. v. pag. seq.

Rer. rrr r